

DISSERTATIO ACADEMICA,

DE

*PLAGIS ÆGÏPTIACIS*

*Exod. VII-XII.*

CUJUS

PARTEM SEXTAM;

DE

*ÆGÏPTO TENEBRIS TRIUM DIERUM  
OFFUSA,*

CONS. AMPL. FACULT. PHÏLOS. ABOËNS.

PRÆSIDE

*Mag. JOHANNÈ BONSDORFF,*

*Lingg. Orientt. & Gr. Prof. Ord.*

PRO GRADU,

PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERT

*GUSTAVUS NECLAIR,*

*Tavastensis.*

In Auditorio Mathematic. die XXII Junii MDCCCX.

H. a. m. s.

---

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS.

DISSERTATIO ACADÉMICA

DE  
PLAGIIS APTICIS

AVTHORIS  
P. M. M.

PRIMUM

INSTITUTUM ACADEMICUM  
P. M. M.

INSTITUTUM ACADEMICUM

PRIMUM

AVTHORIS  
P. M. M.

PRIMUM

INSTITUTUM ACADEMICUM

AVTHORIS  
P. M. M.

PRIMUM

INSTITUTUM ACADEMICUM

PRIMUM

AVTHORIS  
P. M. M.



§. VI!

**D**isjectis vero & dissipatis locustis, cum tantæ, secundum Historiam Mosaicam (*Exod. X. 21-23*), per tres dies, in universa Ægypto existerint tenebræ, ut alter alterum videre non potuerit, nec quisquam loco suo surgere s. foras egredi (a) toto illo tempore ausus fuerit: vulgare adeo & hodie quoque in Ægypto annuatim, eodem, quo caliginem istam immisam legimus (b), tempore rediens, ex  
A nostra

---

a) Egregie observat *Aben Esra*, מתחתיו h. l. idem valere ac מכירי.

b) Ex ipsa plagarum, quas paragraphis proxime præcedentibus attigimus, & illius, de qua jam sermo est, consecutione, hanc quidem mense *Martio* incidisse, per se patet.

nostra sententia, sistitur phænomenon, ut, quomodo tenebras supernaturales, aut cœlum simpliciter nubilum (c), cogitare potuerint interpretes, omnem nostram excedat concipiendi facultatem. Narrantibus namque Peregrinatoribus fidelissimis, ventum, mensibus Martii, Aprilis & Maji, in Ægypto quotannis regnantem, Austrinum, sic dictum *Chamsin*, non tantum calorem secum ferre intolerabilem, sed &, quod Africae arenosa pervadat deserta, immensam pulveris & arenarum copiam, quoties violentius sævierit, in aërem sublatam secum ducere, horizontemque Ægyptium sic quidem, vulgo *trium*, & haud raro *plurium dierum* spatio, eousque, ut, flatu pergente, domi sese continere, nec sub dio in tenebris oberrandi periculo & arenarum vorticebus sese exponere consultum habeant incolæ, obnubilare (d): quis est quin videat, tenebras, quibus Ægyptii

---

c) Hæret PHILO L. I. *de Mose* p. 100. Ed. cit., utrum oborto solis defectu, an ipsarum nubium crebritate & densitate, lapsum radiorum, ut dies nihil a nocte differret, prohibente, tenebræ istæ superinductæ fuerint; sed neutram explicationem veritas & rerum natura, ut facile quisque perspiciet, patitur.

d) Ut Lectores veritatem dictorum eo dilucidius introspiciant, Peregrinatorum, qui conjecturæ ansam dedere, hic apponere placet, suo cujusque idiomate, testimonia. En igitur loquentes:

ptii ante Israëlitarum exitum per tres dies (si qui-  
dem

---

VOLNEYUM l. c. p. 37, 38.: "Ces vents du Sud ; dont je viens de parler, ont en Egypte le nom generique de Vents de cinquante (jours), non qu'ils durent cinquante jours de suite, mais parcequ'ils paroissent plus frequemment dans les cinquante jours, qui entourent l'équinoxe. Les voyageurs les ont fait connoître en Europe sous le nom de vents *empoisonnés*" (confundit Auctor h. l. ventum *Samum* cum vento *Chamsin*, jure ideo reprehensus ab Ill. MICHAËLIS in *N. Orient. Biblioth. T. IV. p. 140.*) "ou plus correctement *vents chauds du desert*. Telle est en effet leur propriété ; elle est portée à un point si excessif, qu'il est difficile de s'en faire une idée sans l'avoir éprouvée ; mais on en peut comparer l'impression à celle qu'on reçoit de la bouche d'un four banal, au moment qu'on en tire le pain. Quand ces vents commencent à souffler, l'air prend un aspect inquietant. Le ciel toujours si pur en ces climats, devient trouble ; le soleil perd son éclat, & n'offre plus qu'un disque violace. L'air n'est pas nebuloux, mais gris & poudreux ; & réellement il est plein d'une poussière très deliée, qui ne se depose pas, & qui pénètre par tout. Ce vent, toujours léger & rapide, n'est pas d'abord tres chaud ; mais à mesure, qu'il prend de la durée, il croit en intensité. . . . Alors on desert les rues, & le silence regne comme pendant la nuit. Les habitans des villes & des villages s'enferment dans leurs maisons, & ceux du desert dans leurs tentes ou dans les puits creusés en terre, où ils attendent la fin de ce genre de tempête. Communement elle dure *trois* jours. Si elle passe, elle devient insup-

dem in numero ternario Judæis sacro hærendum e-  
rit

---

portable. Malheur aux voyageurs, qu'un tel vent sur-  
prend en route loin de tout asyle; ils en subissent tout  
l'effet, qui est quelque fois porté jusqu'à la mort. Le  
danger est sur tout au moment des rafales; alors la vitesse  
accroît la chaleur, au point de tuer subitement." —  
Quam quidem narrationem suam quoque fecit LARREY in  
*Relation Histor. & Chirurg. de l'Expédition de l'armée  
d'Orient en Egypte & en Syrie*, p. 151 sqq.

ALPINUM I. c. p. 10.: "Memini etenim ego" (ver-  
ba sunt *Guilandini* quem secum colloquentem inducit Au-  
ctor), "dum Cayri olim moram facerem, his utique tribus  
mensibus" (Martii sc., Aprilis & Maji, ut ex anteceden-  
ti patet oratione) "me ventos calidissimos molestissimos-  
que sentiisse, cum arenarum inflammatarum magna copia,  
qua aer ita obscurabatur, ut sol neutiquam videri pos-  
set." - - - (Quibus respondet Alpinus) "Euri Austri-  
que venti, ut tu recte dixisti, a meridie loca arenosa,  
summoque calore inflammata transeuntes atque in Ægy-  
ptum spirantes, tantum caloris ætus, pulverumque & in-  
flammatarum arenarum evehant, ut ignitas flammæ, nec  
non pulveribus obscurissimas, nubes eo asportasse vide-  
antur. - - - Hi venti interrupte ac inconstanter quando-  
que tribus & quandoque quinque, & aliquando etiam se-  
ptem atque novem diebus (quamquam rarissime contingat)  
spirant."

POCOCKIUM I. c. T. I. p. 306: "Meistens wehen in  
Ægypten nur zwey arten Winde; der Südwind, oder

rit) opprimebantur, ad naturales venti *Chamsin* effectus

einer, der demselben nahe kommt; und der Nordwind. Der Südwind heisset Merisy, und ist ein sehr heisser Wind, zuweilen drehet er sich etwas Ost gen Süden, und alsdenn ist es gewaltig heiss. Zu andern Zeiten drehet er sich von Westen gen Süden, da der Wind stärker, aber die Hitze nicht so groß ist. Zuweilen wehet er auch sehr stark von Südwest, und wenn es stürmet, treibt er den Sand so in der Höhe, daß die Sonne dadurch verdunkelt wird, und man nicht eine Meile weit sehen kann. Der Staub dringet in die Zimmer, die auf das feste verwahret sind; ja so gar in die Kasten und Schränke; und man saget, damit ich ein Exempel von den romanhaften Reden der Morgenländer gebe, das der Staub in ein ganzes Ey durch die Schale dringe. Der Wind ist oft so gewaltig heiss, als wenn er aus einem Ofen käme. Die Leute müssen daher sich öfters in die untersten Zimmer und in die Gewölber begeben und sich fest verschliessen: denn, die beste Art, sich dawider zu verwaren ist diese, daß man alles wohl verschlieset. Dieser Wind fängt überhaupt in der Mitte des März an, und währet bis in den May. Die Europäer nennen ihn gemeinlich Hamseenwind, weil die Jahrzeit, da er wehet, bey den Arabern so genennet wird, und er wehet die fünfzig Tage zwischen Ostern und Pfingsten am stärksten."

WANSLEBEN *Beschr. v. Ägypt.* l. c. p. 18.: "Von Ostern" (der Kopten) "bis Pfingsten ist es" (in Ägypten) "am stürmischsten, da der Wind in dieser Jahreszeit gemeinlich vom Roten Meer, von Osten" (in vo-

cabulo *Ofen* hærendum non esse, per se patet; ventum enim *Chamsin* non modo Austrinum proprie sic dictum, sed Africum & Euronotum simul comprehendere, e fragmento Pocockiano proxime allato apparet) "zu kommen pflegt und so viel Sand mit sich führt, daß der Sonnenglanz ganz verdunkelt wird, und man weder reisen noch aus dem Hause gehen kann. Der Sand dringt in alle Gemächer durch, in verschlossene Kisten und Schränke, ja gar durch ein Ey (?)" — Atque idem quoque testatur in *Neue Besch.* v. *Æg.* l. c. p. 152.

MAILLET l. c. T. II. p. 366: "Encore est-on heureux lorsque ce vent (de Midi), toujours d'ailleurs très-violent, n'éleve point de ces tourbillons de sables, qui obscurcissant l'air otent aux conducteurs la connoissance de leur véritable route. Il s'est trouvé quelquefois des Caravanes entières ensevelies sous le poids des sables, dont ce vent est souvent chargé; & on a découvert les cadavres de tant d'hommes & d'animaux engloutis par ces deluges de poussière, que lorsqu'après plusieurs années un vent opposé avoit repoussé les sables d'un autre côté." — Huc quoque faciunt, quæ de vento Chamlin & ejus effectibus narrant, inter veteres, SALLUSTIUS L. I. C. III, TROGUS ap. JUSTINUM L. I. C. IX. & inter recentiores, MÓNCONY l. c. T. I. p. 159, THEVENOT *Voyage au Levant* p. 261, & NIEBUHR *Besch.* v. *Arab.* p. 438; sed, ne aliorum dictis exscribendis plus justo immoremur, loca hæc indicasse tantum, sufficiat. — Caterum ex iis, quæ hactenus annotavimus, testimoniis dilucide apparet, minime audiendum esse PLINIUM, qui *Hist. Nat.* Lib. II. C. XLVI, *Austros non sentire Ægyptum*, statuit.



Ætus esse referendas (e), eamque ob causam jure quoque in textu sacro audire *palpabiles* (f).

Frustra autem objecerit aliquis, ipsam Mosis, minime irritam, futuræ caliginis prædictionem, cœlique Israëlitici, dum potior Ægypti pars tenebris obruta esset, serenitatem, plagæ supranaturalem vindicare originem. Si enim vel maxime concedamus, tenebras illas, non multo postquam Moses, manum suam (cum baculo) versus cœlum extendendo, easdem annuntiasset, Ægyptum supervasisse; testantibus tamen VOLNEY & POCOCCHE (l. l. c. c.), ventum Africum cæteros ventos australes in Ægypto violentia antecellere, illoque spirante & magis magisque increbrescente laudata semper oriri phænomena

na

---

e) Quod tenebras Ægyptum offundentes, densas adeo, ut alter alterum videre non potuerit, textus depingat Moisaicus, stilum Orientalem sapere videtur hyperbolicum. Testatur tamen DENON l. c. T. II, p. 214, se suosque comites, dum Medio Maji ad Nili fluente lavatum exivissent, tanta violentia vento Chamfin, ut redituri, alter alterum e conspectu amiserit, nec nisi tactus auxilio & muro quodam duce hospitium repetere potuerint, luisse infestatos.

f) Bene LXX sensum expressit per *ἤλαθον σκοτος*; nec pejus *Vulgata* habet; tam dense ut palpari queant.

na (g), facili intelligitur negotio, Mosen, caliginem consveto anni tempore irruentem oculis suis naturalibus *potuisse* prospicere. — Quod vero Israëlitæ in suis sedibus lucem habuerint, ejus rei rationem in eo, quod terra Gosen, cujus situm supra delineavimus, ventis, deserta Africæ arenosa e meridie trans-euntibus, minime, ut suspicamur, pateat, quærendam esse autumamus. Commemorant scilicet Peregrinatores, Ægyptum, tam *Mediam*, quam *Superiorem*, ad utramque partem Nili, inde ab urbe *Cayro* usque ad fines Nubiæ, montibus dense esse obtectam, horumque ad sinistram fluminis jacentes h. e. occidentales, duorum aut trium dierum iter versus Libyam, ad dextram vero sitos h. e. orientales (qui multo altiores sunt), ad ripas fere sinus Arabici, vel ut vulgo appellari solet *Maris rubri*, sese extendere (h); indeque colligere fas est, subjacentem Goseniti-

---

g) Egregia est observatio Cl. VOLNEY l. c. p. 39, ventum *Chamsin*, quia e desertis arenosis *semper* adveniat, pro diversitate locorum e diversis cœli spirare angulis, indeque fieri, ut Ægypto maxime fatalis sit Africus, Meccæ incolis Eurus, Syriæ Euronotus e. s. p. Cui observationi subjungere liceat, Inferiorem Ægyptum venti quoque Austriini proprie sic dicti molestias, nisi montium, de quibus mox ageatur, continua obtaret series, fore perensuram.

h) Cfr. HARTMANN's *Erdbeschr. und Gesch. von Africa* I. B. (Operis *Büschingiani* T. XII.) p. 153 sqq., MAILLET I, c,

nitidem in jugis hisce, non modo contra ventos australes per desertum Thebaidos sese propagantes, sed & contra flatus Africi, e deserto Macarii & adjacentibus immensis Libyæ æquoribus arenosis irruentis inferioremque Ægyptum, utpote planam & apertam nec ullis, tractum Alexandriae si exceperis, montibus abruptam, pulvere & arenis quasi inundantis, egregium habuisse præsidium i).

T. II. p. 57, 58, coll. p. 73, 74, FORSKÅL *Flora Æg. Arab.* p. XLIV, DE TOTT l. c. P. IV. p. 18, VOLNEY l. c. T. I. p. 7, & qui sunt cæteri.

i) Cfr. MAILLET l. c. p. 41 sqq. it. 57, 58, POCOCKE l. c. T. I. p. 196, VOLNEY l. c. p. 39 (ventum Chamsin Syriacum loca campestria plus, quam montana infestare, inter alia commemorans), imprimis ALPINUS l. c. p. 12. ita scribens: "Septentrionalibus (ventis) Ægyptus libere ventilatur, a Meridionalibus vero, cum inter ipsam & Meridiem montes quamplurimi sint, præfertimque Libyæ atque Æthiopiæ, non ita libere perflatur."

